Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Dilectus meus loquitur mihi et ego illi qui pas
titur inter lilia donec aspiret dies et inclinen
tur umbre. Cap. Multe filie congregaverunt divitias tu
super gressa es universas. Cap. Quasi cedrus exal
tata sum in libano et ut cypressus in monte syon
et quasi palma exaltata sum in cades et quasi plantatus
rose in yeriho. Al' cap. Omnibus requiem quesivi et
in hereditate domini morabor tunc precepit et dixit
mihi creator omnium et qui creavit me requie
vit in tabernaculo meo et dixit mihi in iacob inhabita
et in israel hereditare et in electis meis mitte radi
ces Collecta. Deus qui virginalem aulam beate marie
in qua habitaret eligere dignatus es da quesumus ut sua
nos defensione munitos iocundos sue faciat in
tercessione festivitatis. Qui Alia. Famulos tuos quesumus
domine delictis ignosce ut qui tibi placere de actibus
nostris non valemus genitricis filii tui domini
dei nostri intercessione saluemur. Per eundem. Alia
Concede nobis quesumus omnipotens deus ad beate marie semper
virginis gaudia eterna pervenire de cuius nos venera
nda assumptione tribuis annua sollempnitate gau
dere. Per. Alia. Concede misericors deus fragilitati
nostre presidium ut qui sancte dei genitricis memoriam celebramus
intercessionis eius auxilio a nostris iniquitatibus
resurgamus. Per. In Octava sancti laurencii ord.
Gaudeta domine in ecclesia tua sancti laurentii
gaudenta suavit ut eodem nos replente studea
mus amare quod amavit et opere exercere quod docuit. Per.
Exhibe quesumus domine in nobis Bernhardi abbatis
sancte recordationis effectum ut ad optinendam tue
gratie largitatem beatus Bernhardus abbas et doctor
egregius apud te semper pro nobis meritis et precibus
letetur. Agapiti martiris ord. Intercedat pro
ecclesia tua domine beati Agapiti martiris tui quesumus